Carolus confessarius ordinarius Caii primum benignò eum, monuit. Tandem percipiens eum pertinacem in suâ sententiâ, et eum reipsa jàm, sine causâ, plures conventus, ad quos nominatim invitatus fuerat, declinâsse, hæsitat et mente reputat quomodo se gerere debeat cum illo. Hinc quærit :

1° An toleranda opinio Caii ?
2° An Caius peccet sic agendo ?
3° An saltem excusari possit propter bonam fidem ?
4° An tandem sic absolvi possit ?

QUESTIONS SECONDAIRES QUE L'ON POURRA TRAITER, SI LE TEMPS LE PERMET, APRÈS LE TEMPS ASSIGNÉ POUR CHAQUE CONFÉRENCE.

### *I. Quæstiones relativæ ad sacramentorum administrationem.*

1° Licetne sacramentum extremæ-unctionis administrare simul pluribus ægrotis, recitando preces pro omnibus, sacras verò unctiones peragendo successivè in singulos.

2° Casu quo id liceat, an preces recitandæ sunt in plurali numero, ut fit in administratione baptismi quando plures infantes simul baptisantur ?

3° An idem observari possit in administrando sanctum viaticum ?

4° An idem liceat in impertiendo indulgentiam in articulo mortis ?

### *II. Quæstiones de Scripturâ Sacrâ.*

1° Quid sit, et an sit Scriptura Sacra ?
2° Utrum singula Scripturæ verba sint à Spiritu Sancto dictata ?
3° Quomodo dividatur Scriptura Sacra ?
4° Quænam sint versiones Scripturæ Sacræ ?